

habet quinque homines patres familias, & non tenetur ad penam statuti, vt per Alex. in l. fin. col. 2. C. de testam.

QUESTIO XXX.

Quibus casibus Reus ad Ecclesiam confugiens, tutus sit ipsius Ecclesie immunitate.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Ecclesia habet immunitatem, vt delinquens, qui in eam confugerit, non sit inde violenter extrahendus.
2 Et an ambitus, qui est extra Ecclesiam per quadraginta passus.
3 Et an palatium episcopi.
4 Et an ecclesia nondum consecrata.
5 Et quid si ecclesia sit interdicta.
6 Et quid si sit destructa.
7 Et an oratoria priuata.
8 Et quid si delinquens in vna ecclesia confugiat in aliam.
9 Et an omnes delinquentes gaudeant hac immunitate.
10 Et an raptores virginum.
11 Et an homicida proditorum.
12 Et quid si delinquens in homicida animo deliberato.
13 Et an ille, qui ex insidijs alium interfecit.
14 Et an fures.
15 Et an illi, qui in ecclesia delinquant.
16 Et an clerici.
17 Et an Iudeus.
18 Et an excommunicati.
19 Et quid si delinquens iam insequente familia a locis prophanis in ecclesiam se receperit.
20 Et an possit iuxta secularis propria auctoritate delinquentem ab ecclesia extrahere.
21 Et an possit iudex ponere custodes, vt delinquentem obsideat.
22 Et an immunitas ecclesie prosit iam condemnatis.
23 Et an delinquens extrahens ab ecclesia possit puniri corporaliter.
24 Delinquens, confugiens ad sacerdotem portantem sanctissimum Eucharistie sacramentum, an gaudeat immunitate.
25 Delinquens an possit extrahi a scholis.
26 Et an a domibus Cardinalium.
27 Et an auellat status Principum.

Ex Additionibus.

- 1 Immunitas ecclesie an extendatur ad dormitorium Monasterij.

tit. de fauoribus defensionis, numero septimo in fine, dicit, quod ita vidit seruari. Ita etiam practicari attestatur Anton. Gomez. cap. 9. delictor numero quinto. Non enim hoc casu attendi debet principium, sed finis. Et si casus contingeret, ita seruarem, licet contrarium in facti contingencia decisum fuisse referat Paris. Put. de syndic. fol. 190. c. 4. nu. 1. in quodam, qui conuincerat delictum Perusij; & fuit insecutus a familia vsq; ad ciuitatem Florentiam, & ibi captus.

Bartoli in consil. 102. charissime Domine, Istinofiri Hucerini, & Io. Ant. de Nigr. in c. clandestinis, num. 22. Baiard. u Et ibi captus.) Aliiter tamen seruatur Venatores leporem insequentes, §. Apum quoque, institut. de rerum diuision. Drogh.

- 2 Iudex, si delinquentem ab ecclesia extraxerit sub promissione impunitatis, an teneatur eam seruare.
3 Iudex ecclesiasticus non potest per vim aliquem ab ecclesia extrahere.
4 Iudex laicus, licet non possit fugientes ad Ecclesiam ab ea extrahere, potest tamen in ea arma prohibita ab eis auferre.
5 Confugiens ad Ecclesiam an possit capi.
6 Quid seruetur in statu ecclesiastico.
7 Quid in Regno Neapolitano.
8 Quid Parma.
9 Domus existens intra quadraginta passus prope Ecclesiam an immunitate gaudeat.
10 Palatium Episcopi an sit immune.
11 Hospitalia gaudent immunitate.
12 Præuilegia Ecclesiarum Hospitalibus competunt.
13 Hospitalia debent esse facta, vel confirmata ab Episcopo.
14 Et an presumantur talia.
15 Blasphemus an gaudeat immunitate Ecclesie.
16 Armatus fugiens ad Ecclesiam non est tutus.
17 Vulnerans licet proditorie, non tamen occidens, Ecclesia immunitate gaudet.
18 Immunitas prædicta quando locum non habeat, remiss.
19 Et an habeat locum in crimine læsæ maiestatis. Mandans fieri homicidium an gaudeat immunitate Ecclesie. nu. eod.
20 Delinquens prope Ecclesiam quando delinquere presumatur spe immunitatis.
21 Occidens quem ex proposito, & ad Ecclesiam confugiens sub spe immunitatis, an occidisse presumatur.
22 Sacrilegus non gaudet immunitate Ecclesie.
23 Iudex volens fieri Christiani immunitate prædicta gaudet.
24 Captus an quis presumatur intra fines Ecclesie, vel extra, si de hoc sit controversia inter captum, & familiam captiuentem.
25 Iudex laicus extrahens aliquem ab Ecclesia, an teneatur iurare ei vitam seruaturum.
26 Et si iurauerit, an teneatur obseruare.
27 Iudex an teneatur seruare fidem ei, quem promissa impunitate crimini coegit a loco sacro discedere.
28 Banniti an gaudeant immunitate Ecclesie.
29 Condemnatus, si dum ducitur ad supplicium, transeat prope Ecclesiam, an gaudeat immunitate illius.
30 Executores non debent intrare domum alicuius potentis ad inquirendum ibi latitantem sine licentia Iudicis.
31 Quod tamen non seruatur in practica.
32 Asyloium immunitates à Tiberio Imperatore sublata fuerunt, ne daretur occasio delinquendi.
33 Sixtus V. P. M. Cardinalium franchisias abrogauit.

Bartoli in consil. 102. charissime Domine, Istinofiri Hucerini, & Io. Ant. de Nigr. in c. clandestinis, num. 22. Baiard. u Et ibi captus.) Aliiter tamen seruatur Venatores leporem insequentes, §. Apum quoque, institut. de rerum diuision. Drogh.

ADDITIONES Ad Quæst. XXX.

Ceterum.) Adde ad materiam presentis quæstionis Marfil. Rub. de fidei iuss. num. 14. ad fin. Drogh. Ceterum si delinquens.) Farin. tit. de carceribus, q. 28. vol. 1. Ross. Ceterum si delinquens.)

QUEST. XXX.



Ceterum si delinquens ad Ecclesiam confugerit, non est ab ea extrahendus, capitulo inter alia, de Immunitate Ecclesie: nam in Ecclesia nemo personam capere debet. Et hæc est communis opin. vt ait Maranta in suo Specul. folio centesimo quinto, numero vigesimo nono. Violatores autem huius immunitatis ecclesiarum puniuntur a iure pena triginta librarum argenti purissimi, vt habetur in c. quiffis, de quo tamen articulo vide infra q. 38. vers. sed certè, vbi annotaui. Drogh. c. Bene verum est.) De pena, Farin. d. q. 28. num. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. Ross. d. Sed quicquid sit circa penam.) Adde, quod si iudex promissa impunitate criminis, coegit a loco sacro discedere, & secum ire delinquentem, an teneatur ei fidem seruare, vide Cyn. in l. presentis, C. de his, qui ad Ecclesiam confug. vbi tenet, Iudicem non debere, nec teneri promissionem seruare, si delinquens iure poterat ab Ecclesia extrahi, & hoc ab alijs communiter receptum est, quibus, & Fortun. in l. conuentionum, columna quarta, ff. de pactis, accedit ex istis mansuetus esse, si iudex non promittet criminis impunitatem, sed promittit delinquentem ei restituere Ecclesie, si ab ea exiret, vt ab eo seriem rei gestæ inquireret, nam eo casu tenet iudicem teneri restituere eidem Ecclesie; quod tamen videtur dubium. Couarruias variarum resolutio. libro secundo in fin. & Alciar. in tract. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 33. num. 5. dicit, quod non tenebitur seruare promissionem, quia est bonus dolus. Baiard. c. Primum vt inde violenter.) Adde, quod nec etiam violenter à Iudicibus Ecclesiasticis extrahi possunt, Rebuff. in

tomo 2. Tractat. de immunit. Eccles. arric. r. gloss. 2. numero, 40. fol. 338. Item adde, quod licet laicus non possit fugientes ad Ecclesiam inuitos abducere, potest tamen ab eis arma prohibita etiam infra Ecclesiam auferre, Couarruias uariar. resolut. libro 2. capitulo 20. numero 18. uersiculo 39. & Folter. in pract. crimin. can. capitulo 37. numero 30. Baiard. f. Scias autem.) Far. d. q. 28. nu. 37 & 74. Rossi. Scias autem quod etia.) Adde, quod idem tenuit Berber. in suo uatorio iuris rubr. 33. de violat. immunit. num. 3. in fin. Moron. in tract. de fidei. reug. & paces, q. 103. nu. 10. Folter. in pract. crim. in uerb. notatos capiat de persona n. 6. vltimæ impressionis in 4. folio, dicit, quod iudices superiores hodie non seruant hoc priuilegiu, quia indistinctè capiunt malefactores in Ecclesia; licet secus in inferioribus iudicibus, ut ibi per eum: sed habemus Conc. Triad. sess. 15. cap. 20. quo renouatur obseruantia immunitatis Ecclesie secundum formam Canonum, & aliorum Conciliorum, & sic consuetudo prædicta est sublata, bene uerum est, quod in Vrbe, & in statu Ecclesiastico, nunquam uidi fugientes ad Ecclesias esse tutos, nisi in leuibas delictis, & pro debito ciuili, & ita uidi seruari in Prouincia, & Aprutinas, sed in patria mea Concilium seruatur ad unguè. Baiard.

na extra corpus, & cogi ad penitentiam agendam; & aliam satisfactionem. Et hanc dicit esse magis communem opinionem summa Angelica in §. Immunitas, num. 16. Idem dicit tenere communiter Doct. Abb. in d. c. inter alia, num. 8. Sed certè hoc apud nos non seruatur. Nam illi, qui post delictum aufugiunt ad ecclesiam, si sponte traditi fuerint a prælatis, vel aliter sponte exierint, uel per vim licitè extracti fuerint, puniuntur; & si traditi non fuerint, solent inquiri, & citari: & si non compareant, condemnantur ad penam mortis, vel aliam corporalem iuxta qualitatem delicti. Et ita hanc partem immunitatis ecclesiarum hodie non esse in usu attestatur Remigius de immunit. eccles. fol. 7. & seq. fol. 235. in 3. q. in fin. & affirmat in specie illam in Hispania non seruari, vt dixi infra vers. Successive quero.

Scias autem, quod etiam prima illa pars immunitatis concessa ecclesie, vt scilicet delinquentes in eis capi non possint, hodie propter ingentem numerum ecclesiarum, & frequentiam delinquentium est a consuetudine valde restricta; alias enim de facili quilibet malefactor euaaderet manus iustitiæ, cum nulla foret sit via in ciuitatibus, in qua non sit iura, & quandoque etiam plures ecclesie, ita vt priusquam caperetur, facillimè posset in aliquam earum se recipere, maxime nemine persequente; quod tamen esset contra mentem eorum, qui Ecclesie immunitatem hanc tribuerunt, non quidem, vt essent, asyloium delinquentium, & spelunca latronum: sed vt præstarent refugium miseris, qui humana fragilitate, aut casu

Cum igitur, inquit, Samothraciu sese Perseus recepisset. Cn. Octauus Emilius Legatus ad ea loca profectus à uiolatione quidem Asyli ob honore Deorum abstinuit, à fuga tamè, ac demigra-

